46

Nobilissime et Amplissime Dn. Literae tuae
mihi redditae fuerunt, cum ego quatriduo ante
scripsissem, de difficultate itinerum inter Heidel-
bergam et Francofurtum, per quam fere
libri mei perijssent, nisi auriga [illegible]
cum Heidelbergam revertisset. Spero tamen
Deo optimo Max. favente, me opportunitatem occasi-
onis commodam et tutam, quando vos [illegible]
et Illustrissimo principi vestro operam meam
offerre et dicare possim. Quod enim tibi Amplissime
Dn. [illegible] tantum petere visus sum, dum res
in Palatinatu melius se haberent, non alia causa
factum est, quam quod verebar, ne forte mihi ap-
ud vos non suppeteret locus, et opera mea in futuro(?)
vobis sordesceret. Quod si vero Illustrissimus
princeps et sumptus itineris benignissime refun-
dere, et salarium aliquod annuum mihi decer-
nere voluerit, ingratus sim, et improbe facerem,
si non operam meam, quantacunque est, imo
me totum Illustrissimi principis Celsitudini de-
voverem. Pro literis commeatus gratias ago,
et vellem quidem eas Illustrissimi manu subscrip-
tas esse, quod et illis maiorem autoritatem, et
mihi honorem conciliaret: sed nolui impertinenter(?) nimis
impudenter hic aliquid petere, quod fortasse
non sit ex stylo curiae vestrae. Si quid autem
hic impetrare possim, errorem nominis corrigi vel-
lem. Germanicum enim nomen non Reinold, ut
in literis illis scriptum ~~est~~, sed Reinhart, et
sed [illegible] ille corrupit. Tu, Amplissime
Dn. rogo, ut crebrioribus meis ~~[illegible]~~ interpellatio-
nibus ignoscas, et me ~~tibi~~ te melius notum, non
mendacem esse patiaris. Scripsi ex Museo per
[illegible] calamo, (quoniam propter [illegible]
[illegible] fuit tabularium non solito hic hab-
[illegible], sed [illegible] abiendum esse, [illegible] 8 die
~~[illegible]~~ [illegible]

T. A.

Addictissimus
R. Bachovius.

162v

Nobiliss.o et Ampliss.o
Viro Dn. Melchiori Goldast
ab Haiminsfeld, Illustrissi-
mo Principi Schauenburgico
à Consiliis secretioribus, Dn.
et fautori observando

(16)

Birkenbach

Pres
~~[illegible]~~